Fale solum cillentibus radiis conspicuum cum iam
pspicerem · accelerantem · ecce morabantur thesqua cū
scabris · dumeta cum quisquiliis · & confraga rube-
tis circumuallata; Pape autē inquies mi anselme
ut iam uideo · quorsum hoc tam scabrosum orati-
onis respicit initium? Ego uero si forte cotidia-
ni cibi satietatem sapore acido releuare te delec-
tat · incepte scriptiuncule materiam · causam ·
modum · paucis aduerte pandam; Domū quia
in angliam a gallia rediens adire optabam ·
qualiter adierim · & qualem inuenerim · ecce tibi ex
condicto conscribo; Sequetur autē oratio parti
rerū illic inuentarū formā ut tibi innotescant ·
partē euagationis imaginarie licentiā · ut quoniam
ruraliū mansionū nouus effectus es possessor ·
& loci eligendi · & edificii construēdi · & rerum
copiam collocandi · in comparatione uenustatis ha-
beas exemplar · Nec mendacii tam argui posse



uideatur oratio · cū certissimū sit licitū esse · & ima-
ginationi quamlibet rerū comphendere formā · &
orationi quālibet imaginationis pmere cōprehen-
sionē · Sed quoniam planū illū loquendi modū quo uti
consueui fluminis usum usquequaque in una admitten-
ti cōparabas · nobiliorē autē uideri dicebas orationē
fluuio tenebricosa pfunditate stagnato cōparandā ·
ad arbitriū morē tibi gerā · Potest enī & fluminis
puri tranquillitas · hiemali riuulorū incursione
turbari · & aeris lucidi serenitas · nubilosa nebula-
rū densitate obuolui · Quoniam etiā scilicet hoc rationabilius
latine orationis copiā in dies minui querebaris ·
& rerū usitatissimarū nomina ignotissima esse
uere dicebas · ideoque tā pene obsoleta apud erudi-
tos celebrari oportere asserebas · in hoc quoque ex
arbitrio morē tibi gerā · Accelerantē ergo ut
dicere inceperā cū multa morarentur · plurimū
impediebant inter labinas arborū recidiua
gressum · arbusta flagella & cime intuitū · uepecule